Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uisione nostra. Suscepit
in sua consummatione
fecit in nostra inchoatione.
Quod enim ipse suscepit
ipse nouit. quod in nobis
fecit nos assidue degu
stamus. Ut igitur ad hoc quod
ipse et fecit et suscepit ordi
ne competenti perueniamus in
ceptam texamus hysto
riam.

Beatus siquidem thomas
talibus ortus extitit paren
tibus. qui inter summos et in
fimos medii. uiris quoque non
minimo habebantur honori
Qui dum adhuc infans ma
terno dependit ab ubere, fu
ture bonitatis presagium
presignabat. Factus uero puer
et adhuc tutele deputatus
idem eminenti preonaba
tur. In infantia enim iam
uix natus non querulus erat
non clamosus. non lacrimosus.
non uagitibus tediosus, sed in

tus ad modum et pacatus.
non fecerimus crepun
diis delectatus. ut iam te
diceres inchoatum in eo
future maturitatis proem
ium. Excrescens autem in pu
erum non cupidus. ut in tali e
tate assolet. non auarus
non mobilis apparuit.
non circensibus ludis in
tentus. non procax. non edax
uidebatur. Adolescens autem
in iuuenem non superbus. non ua
nitatibus deditus. non laudis
auarus. non lubricus. non luxuriosus.
non uinolentus. non simbolis in
tentus habebatur. sed iam tunc pre
ferebat non solum in mente
uerum etiam in facie eximium con
tinentie et pudicitie et paci
entie decus. Disciplinalibus
igitur litteris traditus celesti uoca
tione docilis erat. inge
nio pollebat. audita me
moriter retinebat. et de
die in diem in sciencia proficiebat